



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

In Franconiam abit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

reduceret. Neque id vnum ex excursione ea Catholicus concionator (hoc enim iam vulgus Canisio fecerat nomen) mox fruendum pretium resultit, sed lucrum etiam præsens. Tenebantur in vinculis sagæ duæ teterima facinora, complura-  
que per annos multos beneficiis perpetrata à se homicidia fassæ. Magnos in diabolicis artibus progressus habuerant, abiurata ante omnia Christi fide. Sed maiortanta impietate Dei pie-  
tas fuit: quæ miseris ante quam supremum supplicium luerent, cùm inter Lutheranos sub Lu-  
therano Principe tenerentur, & quidem Hære-  
tici eas sacrificuli tanquam funestam pestem,  
& abiecta cadauera superbo fastidio abomi-  
narentur, opportunum misit adiutorium, fa-  
miliare sibi adhæc organum, famulum suum Ca-  
nisium. Ergò reconciliatæ cum Ecclesia, expia-  
tæque sunt, & optima spe ad supplicium præmu-  
nitæ. Aliquot præterea Comites feminas, & Co-  
mitem vnum aliosque iam Catholicos tempore  
eodem Canisius & à peccatis absoluit, & monitis  
præclaris instruxit. In Franconiam inde cum re-  
uerso ex Austria Natali tetendit. Ibi quoque di-  
uini verbi sementē & in arce, & in Ecclesia prin-  
cipal

*Conversit ma-  
leficas duas.*

*In Francon-  
iam abiit.*

cipe Heripolitana vir nunquam satur laborum fecit. Dum autem cum Episcopo de instituendo Collegio conuenitur, is ceteras inter conditiones eam apposuit, probauitque Natalis, vt ad proximi ieunij quadragenarias cōciones Ecclesiae sua ipse præberetur Canisius. Quam ob rem in Rhenanam Prouinciam transgresso Natali, in suam ille retulit se se rebus componendis intentus, quo expeditior ad Heripolitanum suggestum redret. Præcipua curarum fuit nouos sibi met ad omnem virtutis profectum stimulos admouere: absurdum putanti dum tanto alienas animas studio excolit, negligere suam, nec ignaro quod priuatim ipse proficeret in publicos vsus verti. Igittu cùm inuitaret senescens annus, vt respiceret cursa spatia, & vires instauraret ad cursum inde maiore impetu repetendum, super piacula alii etiam à Præposito Borgia quicquid per negligientiam, quicquid aliter toto anno deliquisset, humillimis precibus, vt sibi condonaret, orauit, paratum exhibens ad pœnam libenter soluendam quamcunque inobedienti filio Pater iniungaret. Simul bonam ab eo precationem ad innowandum spiritum cupidissime postulauit, vt & socii

studium pro-  
fessum.